

Stadonense, Catalaunense, Otmense¹, Laudunense, Vadense, Portiano, Tardunense, Suessionense, sicut et alii quidam sapientes et Deum timentes habebantur abbates per omnem Galliam et Germaniam a prefato imperatore delegati, quo diligenter inquirerent, qualiter episcopi, abbates, comites et abbattissae per singulos pagos agerent, qualem concordiam et amicitiam ad invicem tenerent, et ut bonos et idoneos vicedominos et advocatos haberent et, undecumque necesse fuisset, tam regias quam ecclesiarum Dei iustitias, viduarum quoque et orphanorum, sed et ceterorum hominum inquirerent et perficerent et, quodcumque emendandum esset, emendare studerent, in quantum melius potuissent, et quod emendare per se nequivissent, in praesentiam imperatoris adduci facerent et de his omnibus eidem principi fideliter renunciare studerent. Residens² igitur prefatus vir illustris Vulfarius ad iniuncta sibi definienda iudicia cum quibusdam comitibus in mallis publicis, iam quoque vocatus episcopus³, adhuc etiam antequam ordinaretur, res quasdam Remensi ecclesiae, sed et mancipia nonnulla vel colonos reimpetrasse ac legibus per ecclesiae advocatos evindicasse reperitur. Necnon etiam postquam presul ordinatus est, plura invenitur ecclesiae conquisisse

Capitulare missorum, nr. 34 (c. 18a. 19).

Ut diligenter inquirant inter episcopis, abbatibus sive comites vel abbatissas atque vassos nostros, qualem concordiam et amicitiam ad invicem habeant per singula ministeria, an si aliqua discordia inter ipsos esse videtur, et omnem veritatem in eorum sacramento nobis exinde renunciare studeant⁴. Ut omnes habeant bonos et idoneos⁵ vicedominos et advocatos.

Insuper totum, undecumque necesse fuerit, tam de iustitiis nostris quamque et iustitias ecclesiarum Dei⁶, viduarum, orfanorum, pupillorum et ceterorum hominum inquirant et perficiant. Et quodcumque ad emendandum invenerint, emendare studeant, in quantum melius potuerint, et quod per se emendare nequiverint, in praesentia nostra adduci faciant.

1) So ist mit einer Hs. statt 'Ormense' zu schreiben. Ueber die aufgezählten Gaue vgl. A. Longnon, *Atlas historique de la France, Texte explicatif* 1, 1907, S. 119 ff.; derselbe hat den Stadunensis genauer behandelt in seinen *Études sur les pagi de la Gaule I* (Bibliothèque de l'École des hautes études II), 1869, S. 5 ff., den Castricensis, Dolomensis, Portianus, Tardunensis, Vongensis in deren Teil 2 (eb. 11), 1872, S. 34. 46. 63. 86. 100 ff. In ähnlicher Weise werden die Missatsprengel Fardulfs und der anderen Missi von 802 in dem Capitulare umschrieben (a. a. O. S. 100), von dem Flodoard zweifellos das Exemplar Wulfars benutzt hat. 2) Für den nächsten Satz hat offenbar nicht mehr das Capitulare als Quelle gedient, sondern eine Gerichtsurkunde. 3) Zu dieser Stelle vgl. oben S. 298. 4) So die Hs. 2; 'non neglegent' 1. 5) So die Hs. 2 und Capitulare nr. 35, c. 58 (S. 104); 'et idoneos' fehlt 1. 6) So die Hss. 3. 4 und das genannte Capitulare c. 59; 'Dei' fehlt 1. 2.